

uno generali nomine plura inter se non dissimilia significentur sicut & peculiari singula designentur. Conferat, si quis vult, vetera monumenta, & varias discat Lyre vel Cytharæ Veterum picturas, varia etiam nomina deprehendet. Scimus profectò, Septuaginta Hebræorum Kinnor redidisse Cynnam, Cytbaram, Psalterion, idemque instrumentum apud Græcos æquè appellatum constat Kinnyram, Lyram, Formingem, Cytbaram, Chelym, Pectinem, Barbiton; quibus nominibus Romani addiderunt Testudinem. Idem ipsum instrumentum Gallicè exprimere solemus: Lira vetus.

1 Servo. Enclid. 4. s Diodor. Sicul. lib. 1. p. 10. 1 Ovid. ad Pijones.

11 Hymnus in honorem Mercurii inter opera Homeri.

x Homer. Hymn. in Mercur. y Alian. lib. 3.

2 Diodor. lib. 3.

Inventæ Lyre honor tribuitur Mercurio, sive Apollini, sive Orpheo. Vel fortè dicatam à Mercurio Lyram suam Apollini (r), ejus Numini consecrari, eique deinde vindicari contigit. Primò tribus fidibus instructa, deinde septem (s): interdum plectro, sepè digito pulsabatur (t).

Sive chelym digitis, & eburno verberè pulsas.

Vetus Lyra Mercurii inventum (u), è squamma testudinis constabat. Mercurius enim super inventam fortè testam hujusmodi subtilem aliquam pellem extendit; adjecit deinde duo porrecta ad utramque extremitatem brachia, superius transverso aliquo ligno instar furcæ conjuncta. Supra pellem jacebat arundo in duas partes scissa, cui septem fides è superioribus ad inferiora protensa commendabatur. Hæc vetus Chelys sive Lyra Mercurii, inter astra deinde in Cælo collocata, à testudinis figura non absimilis. Ex infirmi hoc rudique instrumento Lyram descendisse ferunt, quam expressam cernimus in manibus Apollinis, Herculis, Arionis &c. in marmoribus & nummis antiquis. Duplici frustulo instar duplicis SS in superioribus & inferioribus junctis constat. Porò superiora non nisi lignum exhibent; inferioribus cavum refert ventrem reboantem. Quare ejus forma scarabæo non absimilis statueretur, cujus cornua referunt utraque instrumenti latera, manubrium, cui junctæ fides, sustentia; corpus scarabæi ipse est cavus instrumenti venter. Nullus est ejus nostræ ætate usus.

Pulsabatur sive plectro sive digitis fides vellicantibus. Apollini cytharâ ludenti plectrum tribuit Homerus (x). Hercules eo instrumento canendi artem sub Lino præceptore discens, plectri ictu magistram suam transfodisse fertur (y). In vetustis marmoribus idem Apollo Lyram vellicans, quemadmodum nos harpam, exhibetur interdum, sæpè verò plectrum tenens. Lyra primùm tribus fidibus constabat (z), deinde quatuor, tandem septem. Timotheus Lacedæmonem veniens, 600. circiter annis ante Christum natum, tres adjecit, quod piacularè viro fuit; de creta est enim in illum multa ab Ephoris seu Magistratibus Spartanis, coactisque tres illas subducere in plena populi con-

cione; nequæ id satis, sed suspensâ in loco publico Lyra Timotheum Spartâ exulare publico decreto sancitum est. Hæc decreti verba animadversione digna (a). Cum Timotheus Melesus in Urbem nostram veniens, contra veterem canendi musicis instrumentis consuetudinem, receptumque Lyra septicornis morem, majori fidium invento numero novitate hac suâ juvenum aures corruerit, formam & naturam musica immutaverit, ex simplici & gravi variam nimis & intercisam reddens; cum insuper accusetur de sparsâ perniciosâ quadam doctrinâ in Ludis Cereis Eleusina, ac de exhibito indecorè coram adolescentulis Semelis, dum enteretur, angore; visum est Regi Ephorisque, ut Timotheus abscedere ceteras, septem tantummodo reliquis in Lyra fidibus damnetur, ut animadversionis hujus exemplo discant Juvenes, ne prævum aliquem morem Lacedæmonem invocabant, ac suus maneat Ludis honor.

Paria statuerunt in Terpandrum, & Phrynidem instrumentis Cantores; quare Lacedæmones semel, iterum & tertio servatam à se musicam gloriabantur. Ea populi severitas, & veteris consuetudinis servandæ studium. Pindaro nonnisi septicornis instrumentum est, sicut & Horatio lib. 3. Od. 11.

Tuque testudo resonare septem Callida nervis.

Octavam addidisse Simonides fertur, sicut & Timotheus tenuem (b). Cæterùm non ignoratione quidem & ruditate Veteres illi plures addere fides instrumentis renuebant; delicato enim aurium sensu mentisque gustu præstantes viri, norant id maxime ad harmoniam contulisse, ait Plutarchus de musica; sed musica genus robustum & grave amabant, aptum in veritatem, & Religionem amorem & obsequium inspirando.

Hæc maxime de musica Græcorum dicta accipienda sunt; quod enim ad Hebræos attinet, musica illorum instrumenta sub Davide & Salomone cæterisque post ipsum Regibus perfectionem suam in dies obtinuisse, neque utilia in eam rem inventa apud alias gentes obtinentia neglecta ab illis fuisse constat.

In veteribus nummis ad ætatem Simonis Summi Sacerdotis spectantibus, cusa spectabatur Lyra vetus, ejusdem formæ ac instrumentum in Apollinis manu expressum. Sed certum fidium numerum in iis distinguere vix possumus. Ex Lyra veteri sive Kinnor, accepto referenda sunt fidicularia ferè omnia instrumenta nobis non incognita, sive quæ digitis, sive quæ plectro pulsantur, sive quæ fidibus in transversum tensis, sive quæ ex superioribus ad inferiora extensis constant, uti Luth (c), instrumenti genus, cavum habens ventrem, cui singulare manubrium jungitur, unde ex recurva extremitate fides demittuntur, clavicularibus in eo infixis intendendæ ad arbitrium & remittendæ. Fortunatianus Lyram tribuit Romanis, Barbaris harpam, postremum hoc instrumentum bar-

a Extant Græcè in fin. l. 1. Boetii de Musica, & apud Casaubon. in Arben. l. 8. c. 11.

b Plin. lib. 7. cap. 56.

c Italicè Luth.

barbarum esse inventum insinuans.

Romanisque lyra plaudat tibi, Barbarus harpâ

PNEUMATICA INSTRUMENTA

Tuba.

Instrumenta illa, quæ vocant violon, violone, Viola, Violoncello. e Bellon. Observat. lib. 3. cap. 48.

f Italis Chitarra. g Liuto.

h La Viola.

i Alian. Platonie. Comment. in Timæum. k La Viola.

l Athen. lib. 14. cap. 3. p. 633. ex Ephorone de Isthmis.

m Clemens Alex. lib. 1. Strom. pag. 307. n Juba lib. 4. Histor. Theatri apud Athen. lib. 4. cap. 23. pag. 175. o Apud Athen. Ibid.

p Italicè Liuto.

Instrumenta illa, quæ vocant violon, violone, Viola, Violoncello. e Bellon. Observat. lib. 3. cap. 48. Instrumenta illa, quæ vocant violon, violone, Viola, Violoncello. e Bellon. Observat. lib. 3. cap. 48. Instrumenta illa, quæ vocant violon, violone, Viola, Violoncello. e Bellon. Observat. lib. 3. cap. 48. Instrumenta illa, quæ vocant violon, violone, Viola, Violoncello. e Bellon. Observat. lib. 3. cap. 48.

Instrumenta illa, quæ vocant violon, violone, Viola, Violoncello. e Bellon. Observat. lib. 3. cap. 48. Instrumenta illa, quæ vocant violon, violone, Viola, Violoncello. e Bellon. Observat. lib. 3. cap. 48. Instrumenta illa, quæ vocant violon, violone, Viola, Violoncello. e Bellon. Observat. lib. 3. cap. 48.

Instrumenta illa, quæ vocant violon, violone, Viola, Violoncello. e Bellon. Observat. lib. 3. cap. 48. Instrumenta illa, quæ vocant violon, violone, Viola, Violoncello. e Bellon. Observat. lib. 3. cap. 48. Instrumenta illa, quæ vocant violon, violone, Viola, Violoncello. e Bellon. Observat. lib. 3. cap. 48.

Instrumenta illa, quæ vocant violon, violone, Viola, Violoncello. e Bellon. Observat. lib. 3. cap. 48. Instrumenta illa, quæ vocant violon, violone, Viola, Violoncello. e Bellon. Observat. lib. 3. cap. 48.

Modd ad varia tubarum, & tibiærum genera sermo vertendus. Id generis organa uno generali nomine Hebræi designant, appellantes Scopbar. Eorum duo erant apud illos genera; hæc nuncupabantur Chazozeroth; illa Cornua; quod scilicet materiam, & formam ex cornibus referrent. Moyses sermonem habens de sono illo, instar tonitru, quo adventus Domini in Sinai ad ferendam Legem descendentis signum datum est (p), scribit, auditum clangorem Scopbar, sive bucine sensum in majus crescentem. Eodem nomine designat instrumentum, quo signum edebatur ineuntis anni remissionis seu Jubilæi, i. e. anni quinquagesimi. Porò Scopbar in publicis cæremoniis ludere Sacerdotibus tantum reservabatur. In castris ad Jericho septem Scopbar clangebant, iisdemque insonantibus moenia Urbis corruerunt [q].

Vulgare fuisse in ea regione instrumenti genus idè credimus, quòd Gedeon 300. Viris selectissimis ad inferendum Madianitis prælium assumptis suum singulis assignavit (r). Scopbar ad cogendos milites, incitandos in hostes, & receptum indicandum, canere ad Imperatorem spectabat. Ita cecinisse leguntur Aod (s), Saul (t), Joab (u). Cum Salomon (x) & Jehu (y) Regnum inirent, Regis folio clangentibus Scopbar primò assederunt. Nihil tandem eo frequentius in Scriptura sive cum de præliis agitur, cæteribusque publicis, sive cum de Festis, sive in Templo, sive in fœdere. De ejus tamen forma & materia nihil.

Tubas illas, quas Moyses in deserto constandas curavit, Chazozeroth appellat Scriptura Num. 10. 2. 8. 9. 10. Dudè erant è folido argento, totidem ex are. Earum usus in cogendo ad concionem jussu Domini populo, in bellis, diebus, quibus solemnibus aliqua cæremonia præstanda, uti diebus Neomeniæ, & cum publicum aliquod & solemne Sacrificium offerendum erat. Porò frequentissimè eo organo usos Hebræos, maxime in Templo, ex Scriptura constat. Sive rectè erant tubæ illæ, sive recurvæ; nihil tamen de illis in Scriptura; & quæ apud alias gentes obtinebant tubæ, ab Authoribus descriptæ, neque factis hæc, de quibus agimus, affines sunt, neque satis inter se uniformes habentur. Crediderim ego, Chazozeroth oblongas fuisse rectasque, quo à cornibus recurvis planè distinguerentur.

Sermo est apud Rabbinos de Jobel, nempe juxta quod illi interpretantur, cornu arjetis. Sed hanc eorum interpretationem refutavimus in Levit. 25. 10. Annus Jobel significat annum remissionis, quòd scilicet avitæ possessiones Dominis suis remitterentur, servi item manumitterentur.

p Exod. 19. 16. 19. & 20. 18.

q Josue 6. 3. 4. 5.

r Judic. 7. 18. 19.

s Judic. 3. 27. t 1. Reg. 13. 3. u 2. Reg. 2. 28. & 18. 16. x 3. Reg. 1. 34. 39. y 4. Reg. 9. 13.

Varia Tibiarum Genera.

2 Chalil Isai. 5.12. Iob. 38. 29. Jerom. 48. 36. 2 Exod. 15. 20. & passim.

b Exod. 32. 19. Judic. 21. 21. Psal. 86. 7. & 149. 3. & 150. 4.

c Athen. lib. 14. cap. 9. pag. 638.

d Gen. 6. 4. 21. Vulg. Organum. Job 21. 12. Septuag. Psalms. Vulg. Organum Ps. 150. 4. Sept. & Vulg. Organum.

Varia apud Hebraeos obtinuerunt tibiae, quarum aliae simplices, atque compositae: illas appellant Chalil (a), veluti si dicerent perforatas vel saltatrices; radix enim Chalil eque sonat perforare, & saltare. Legitur etiam in Hebraeo [a], Machalath, quod reddi solet chorus, & designasse creditur interdum tibiam utricularum, Gallice corne-muse. Nullus tamen in Scriptura textus, in quo ea vox recurrat, non commode de choro puellarum Cantantium sive saltantium usurparetur. Notissimae siquidem erant apud Hebraeos & in caeremoniis etiam Religionis (b), ac facile etiam in Templo saltationes istae mulierularum. Levitas & Israelitas simul omnes invitati Psalmissa ad cantandas laudes Domini in Templo in tympano, & choro. Vide Psal. 149. 3. & 150. 4. Masrokithe apud Danielem 3. 5. aliud est tibiae nomen, derivatum ex radice sonante, sibilare. Idem facile est cum instrumento musico Graecorum Syrymon (c) ex syryzeis sibilare, sive tibia ludere. Salmastius in Solinum observat, antiquas illas tibias non nisi uno vel duplici foramine instructas fuisse; unde duplici instrumento plerumque ludebant Veteres, alterum nempe dextro, aliud sinistro oris lateri admoventes. Tibia dextera uno foramine instructa grave sonabat, sinistra duplici, magis acutum. Porro disparibus hinc instrumentis canentes, ludere tibiis imparibus dicebantur; sicut vicissim paribus, qui ambas tibias vel unico foramine, vel duplici instructas ori admovent. Porro cum utriusque unicum esset foramen, sonus ille modus Doricus, gravior planè & severus, dicebatur; cum duplex, modus Phrygius. Contraria quam Salmastio sententia Vossio sedet; arbitratur enim, tibias illas, quae junctim ori admovebantur tribus vel quatuor foraminibus instructas fuisse; sed cum longitudine quidem aequales, altera tamen altera crassior esset, quaeque minor graviorem ederet sonum, quae major tenuiorem, inde diversorum nominum inducta varietas. Paradoxa quidem ista videntur; sed non inepte demonstranda suscipit idem Vossius in suo Libro de Poematum cantu & viribus rythmi pag. 108. &c. Porro tibia dextrum oris latus tenentes tenuiores fuisse, idem Author ex Plinio l. 16. c. 36. & Theophrasto de Plantis l. 4. demonstrat; ex quo sibi inferendum arbitratur, Tibias dextras graviorem edidisse sonum, quam sinistras.

Huggab reddi solet in Vulgata, Organum. Septuaginta variant; modò enim vertunt Cybara (d), vel Psalms; modò Organum; quam posteriorem lectionem Interpretes ferè omnes sequuntur. Sed non ita reputandum, quasi nostrae etatis organa designata sint. Instrumentum enim erat pluribus fistulis simul glutinae quodam haerentibus constans, quae singula ordine ludentium ori applicatae sonum edebant, quem

admodum Vagi quidam per compita Urbium discurrentes nostrae aetate ludere instrumento solent. Porro Huggab jam inde ante diluvium obtinuisse Moyses Gen. 4. 21. testatur. Eiusdem instrumenti bis meminit Job (e), & semel in ultimo Psalmo recurrit. Nihil ultra in Scriptura. Vox illa ex radice derivatur sonante, Deperire; unde etiam Graecum agapan, amare. Variant Prophani in assignando Organorum Authore; alii enim Deum Pana arbitrantur (f).

Pan primus calamos cerâ conjungens plures Instituit

Alii (*) Marsiam; Pindarus Minervam praetulisse visus est (g). Sed haec opinio num varietas ad ignorantiam verè historiae, & vetustatis hujus instrumenti referenda est, quod Graeci ex Orientalibus retulerunt.

Fistulae Organi cerâ conjungebantur, longitudine quidem impares, pares vero crassitudine. Labro per singulas discurrente sonum edebant [h].

Unco saepe labro calamos percurrunt hiantes.

Solent Organa illa in manibus Satyrorum expressa in vetustis marmoribus spectari. Pastores collo appensa plerumque ferebant. Virgilius de Polyphemo Aeneid. 3.

Solamenque mali de collo fistula pendet.

Plerumque septem calamis constabat (i). Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula.

In vetustis tamen marmoribus ad decem etiam junctae spectantur; & Pastor quidam apud Theocritum habere se dicit syringtonem novem foraminum (*). Ferunt (k), apud Turcas modò etiam obtinere Organa 14. & 15. fistulis compacta, quae illi vernaculo sermone Muscal, Graeci vero Muscagly appellat. In fistulis olim nulla patebant foramina, ut tota soni varietas ex fistulis disparibus proveniret; adjecta dein varia. Acutum stridere organorum calamos ex Horatio lib. 1. Od. 12. intelligimus.

Quem virum aut herosa, lura vel acris Tibia sumes celebrare Clia?

Primo ex arundine constabant, in quam rem maximè celebrantur arundines Lacus Orchomenii in Graecia (l); dein substituta metalla, quòd scilicet arundines tonorum minus tenaces, follicitum semper Muscum exigerent. Tandem cum tibia pluribus foraminibus instructa idem & minori negotio ac organa praestare intelligeretur, fistularum varietas tibi cessit. E tibiis vero hinc originem suam debent organa, quae maximum sunt & praeter omnibus harmonicum è musicis instrumentis, cujus ferè omnis usus Ecclesiae reservatus est.

e Job 21. 12. & 31. 31.

f Virgil. Eclog. 2.

* Vide Athen. lib. 4. pag. 184. g Pindar. Pyth. Ode 12. de Pallade.

h Lucret. lib. 4.

i Virg. Eclog. 2.

* Idem. k Pet. de Valle Epist. pag. 62. Italice.

l Plin. l. 16. c. 36.

m Tert. l. de Anima. n Vitruv. lib. 20. cap. 13.

o Lib. 5.

p Spon. Iter Constantinop. pag. 234.

q Vide Voss. de Poematum cantu & Rythmi viribus pag. 105.

r Hieron. seu alius epist. ad Dardan. tom. 5. p. 156.

Porro Organorum vetustior est quam ut vulgo credatur, origo. Eius inventi honor tribui solet Ctesibio in Cyto Alexandria Mathematico sub Ptolemaeo Physcone 120. annis circiter ante Christum natum. Tertullianus ad Archimedes, virum illum omnium sermone celebrem, refert (m). Totam machinam exactè describunt Hero, & Vitruvius (n); quamquam apud illos, sicut & caeteros, sermo sit tantum de organis Hydraulicis aliis planè à nostris, quae non aqua sed vento inflantur. Lucretius ita de organo agit (o), quasi etate sua primùm obtinere coepisset. In dies, inquit ille, artes perficiuntur,

Modò organici melicos peperere sonore

Sed falli virum ex supra deductis fat constat. Dicit partem reliquam Nero per Organa hydraulica novi ignotique operis circumduxit, ait Suetonius in Nerone. Eiusdem instrumenti non meminit tantum, sed etiam prolixam ejus descriptionem adornat Porphyrius in Panegyri Constantini; sed non nisi de organis hydraulicis sermonem esse apud illum constat.

Sub quibus unda latens properantibus incita ventis, Quos vicibus crebris juvenum labor haud sibi discors Hinc, atque hinc animaque agitant.

Julianus Imperator epigramma in laudem organi scripsit. Eandem machinam describit Claudianus veluti artificio & sono ingenti.

Vel qui magna levi detrudens murmura tactu Innumeras voces segetis modulatur abena; Innotat erranti digito, penitusque trabali Velle laborantes, in carmina concitat undas.

Sponius vidisse se Constantinopoli (p) anagypticum quoddam opus asserit, exhibens hydraulicum quoddam velut organum supra columnam, cui figura quadam Imperatoris Theodosii imposita spectabatur.

Organa haec hydraulica, quorum fistulae vento à lapsu & pondere aquae producto inflabantur, tandiu obtinuerunt, quandiu Romanorum Imperium in Italia mansit. Pereuntibus enim tunc optimis quibusque artibus, Barbaris universum latè Imperium totamque Europam vastantibus simul & inundantibus, nihil de pristina gloria relictum est (q). Illis restituendis laboratum est aliquando, sed frustra; quare organa follibus inflanda, qualia hodie in nostris Ecclesiis, retinere necessitas iussit. Nulla, praeter haec, notat S. Augustinus in Ps. 56. & 150. Non solum illud organum dicitur, quod grande est & inflatur follibus &c. Cassiodorus in Ps. 150. organum instar turris magnam fistularum varietatem, & copiam referentem describit; quibus, ait, statu follium vox copiosissima destinatur &c. S. Hieronymus (r), meminit cujusdam organi duodecim follium, ligulam habentium è duplicato Elephantum corio. Huic machinae 15. erant fistulae areae ingentemque latè sonum ad mille passus edebat.

Fama est, delata primùm organa in Galias anno 757. (s), & oblata eodem anno Pipino tunc temporis Compendii versanti. A. 826. jussu Ludovici Pii Imperatoris fabricatum est organum hydraulicum. Aquisgranum. Sed haec alia planè sunt instrumenta ab Huggab Scriptura.

Porro vox ista à Chaldeo redditur ambubaja, quod confunditur cum ambubaja apud Horatium (t), & Suetonium (u). Erant autem ambubaja tibiae quoddam sive Organorum genus è Syria deductum; unde etiam nomen in Viros ejus ludendi instrumenti peritos derivabatur (x).

Minnim & Mnanaim duo sunt varia instrumenta incertae significationis, ab aliis inter fidicularia, ab aliis inter pneumatica relata. Primum occurrit in Ps. 150. 4. alterum 2. Reg. 6. 5. Septuaginta, & Vulgata cum Interpretum plerisque reddunt Minnim fides, idemque significare sentiunt Chaldaei bardeblim. Versio Tigurina & Junius reddunt, organa. Malunt alii designari eà voce quodcumque fidulare, alii vero statuunt quodcumque tandem pneumaticum instrumentum. Mnanaim redditur à S. Hieronymo sistra, à Septuaginta cymbala.

Crediderim ego, ambo haec nomina idem significare, confundenda verò cum Magadi Graecorum, vel si mavis Syrorum, ex quibus in Graecia innotuerunt (y). Congruunt enim inter se ista duo nomina; & si bain veluti pronuncietur, quod saepe Hebraei consueverunt, dicunt enim Gaza & Segor, pro Haza & Sebor, pro Mnanaim erit Minganim. Ex Minganim facile reddetur Magadis vel mingadis. Est autem Magadis instrumentum tota antiquitate celebratissimum, cujus duo fuisse genera videntur, alterum nempe tibiam referens, alterum instrumentum aliquod fidulare.

Primum, juxta Athenæum, acutum & grave sonum reddebat [z], alteri Anacreon 20. fides tribuisse visus est (a). Ex Magadi expressam refert Euphorianus serò tandem sambucam, quae tamen jam inde ab aetate Nabuchodonosoris in Chaldaea obtinebat. Magadim, & pectinem idem esse contendit Menæchmus; & utrumque instrumentum plectro pulsari tradit Aristoxenes. In eo tantum ambo illa variare observat Phillis Delius, quòd pectine jambica tantum carmina cantarentur; Magadis verò omnibus tonis, & symphoniis quadraret. Instrumentum illud, cui fides Timotheus adjecit, Magadim fuisse Artemon arbitratur. Quinque fides instrumentum perhibet Telestus, tangique digitis ab una ad alteram extremitatem decorantibus, testatur. Utroque latere pulsari, adeoque & fides habere è superioribus ad inferiora protensas, Diogenes Tragicus insinuat, quod etiam ex Apollodoro confirmatur, asserente instrumentum illud à veteri Psalterio non abulisse. Haec omnia apud Athenæum l. 14. c. 9. p. 63. leges. Undè sententia illorum facile conciliatur, qui vocem Minnim reddunt fides; & eorum pariter, qui Mnanaim cum Magadi confundunt; utrumque enim fidulare est.

s Annal. Francorum.

t Horat. lib. 1. Satyr. 2. Ambubajarum collegia.

u Sueton. in Nerone cap. 27. Inter Scortorum totius urbis, Ambubajarumque ministeria. x Vide si lubet Interpp. Horat. & Casaub. in Sueton.

y Strab. lib. 10. pag. 324.

z Athen. lib. 4. cap. 25. p. 182. ex Alexanderide. Oplomach. Vid. de & lib. 14. cap. 3. p. 634. ex Thio. Ombale. a Idem ibid. ex Anacreonte.